



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Parochorum, De Plerisque Functionibus, & Obligationibus, ad Parochias, Parochos & Parochianos attinentibus

Engel, Ludwig

Salisburgi

Reverendissimo, Prænobili, Ac Amplissimo Domino, Domino Edmundo,
Nobilissimi Et Exempti Monasterii Mellicensis Abbati ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-40922

REVERENDISSIMO, PRÆ-
NOBILI, AC AMPLISSIMO

DOMINO, DOMINO

EDMUNDO,
NOBILISSIMI ET EXEM-
PTI MONASTERII

MELLICENSIS

ABBATI

VIGILANTISSIMO, MERI-
TISSIMO,


REVERENDISSIMORUM STA-
TUM INFERIORIS AU-
STRIÆ,

PRIMATI,

SAC. CÆSAR. MAIESTATIS

CONSILIARIO &c.

DOMINO DOMINO SUO,
PERQUAM GRATIOSO.



S
n
in
za
r

P
p
m
de
re
ce
tu
te
str
ne
lic

(a)

REVERENDISSIME
PRÆNOBILIS AC
AMPLISSIME
DOMINE, DOMINE
PRÆSUL

Non omniChorinthus, nec cui-
vis patria, amica est. Pytha-
goras rogatus (a) an patrio,
num peregrino humari mallet atrio? *Nihil*
inquit necesse est: Undique enim ad inferos
tantundem via est. Humanius certè mo-
rum & amorum Lufor (b)

Non dubia est Ithaci prudentia, sed tamen optat
Fumum de patrijs posse videre focis.

Placeat *Reverendissime Prasul*, *Tua* è patria
pro fumo videre folia Honori *Tuo* & No-
mini impressa; non alieno fata solo, sed
domi *Tuae*. Nec quòd ignotus sis, arbitra-
re; qui enim clarissimo sanguine natus,
celebritate famæ etiam absentibus es no-
tus. Quem Universi *Te* suspiciant, è fron-
te aspice; nam *primus* & *Primas* es in Au-
stria. Quòdque olim de Nerva & Traja-
no dicere Plinius, (c) hoc mihi etiamnum
liceat de *Te* & felicissimæ memoriæ VALEN-

) (3 TINO;

(a) *Laertius Diog. de Vit. Philosophi.* (b) *Ovid. l. 1. de*
Pont. (c) *inTraiani Panegiri.*

DEDICATIO.

TINO: *Uterque optimus erat, dignusque, al-
ter eligi, aliter eligere. Olim Tu quidem a-
doptari merebare, sed nescissemus, quan-
tum Tibi deberes Imperium, si ante adopra-
tus esses: Expectatum est tempus, in quo lique-
ret, non tam accepisse Te beneficium, quàm de-
disse. Omnia ex Te sperabant feliciter, hinc
omnes in Te conspirant velociter, unum
multorum fit votum, una sententia: Quiq;
noverant suum Euphrati Horoscopium,
Perdici circinum, Vitruvio perpendicu-
lum, Honori Tuo voverant Pedum & Pe-
tasum Abbatialem. Dignissimus nempe e-
ras, qui Honores caperes, quos non cu-
peres: Securè enim altiora munera obit,
qui non ambit. Felix non fallax imperium
ad quod evehit non discors concordia, si-
cut misera Regentùm vita, quæ invita est
multis. Laborasti fideliter ut Dispensa-
tor, inde factus es omnium *Administrator*.
Non pæniteat, feliciter sudat, qui *Sic* ab-
stergitur. Observastis fortè illud Mellicen-
ses & melliti Domini; juvenatum, rarò
aptum imperio, nec senes semper perspi-
caces esse, quod perspicilijs utantur. Me-
dium accepistis, hinc optimum: in medio
enim*

DEDICATIO.

enim sicut Virtus , ita & Sapientia est. Quàm bene elegistis Dominum, quem domitum collegistis. Aut desiderástis fortè Liliu sine lolio vestro in Mellario, vel Apem sine aculeo, vestro in regno, cùm mitra togatus & sagatus efficeris : Vix enim clavum tenes, Clavem accipis & Acinacem, (d) illâ, ut regere, hoc, ut tueri possis bonum publicum. Habes in una artem, in altero Martem : ut & habeant, quod vereri debeant *potentiam*, qui nesciunt *Sapientiam* revereri, à Jove sumpsisti primordium, dum *Tuam* bene firmásti & efformásti Basilicam, non ignorans, nunquam suo carere lumine, quæ à Numine cæpta sunt. Quam dextrè laborasti pro exteris, tam illustri in aula ædificio ? Audicus nempe es, anno extruis, quod durat sæculis, & qui Austriam humaniorem efficis, *Te* cum *Tuis* illustriorem respicis, dumque mori servis & tempori, sensim *Te* inferis æternitati. Aded quippe dispensas providè, ut nihil exponere, quod non in lucro reponere videaris.

Perge felicibus muris, facilibus curis

)(4

Reve-

(d) *Insignia Conventus.*

DEDICATIO.

Reverendissime Antistes : Uti specimen, sic & regimen. Sat dixi : noscitur gemma è rore & flore. Ut siquæ deberem non intelligitis, saltem quæ velim colligatis. Patere ergo, ut *Tibi* sacroque *Nomini Tuo* literaria hæc folia inscribam : *Tuus* enim, ò si viveret ! esset filius, *Nomine & Virtute Angelus*, novus cum cucullo *Canonicus*, qui hæc ipsa è lucerna ad lucem destinavit. Vides ex his, quantum ipsa *Salisburgensis Universitas Tuo* debeat *Asceterio*, si loqui audeant *Canones*, tam eruditè docti; *Casus*, tam ingeniosè resoluti; *Libri*, tam impensè elucubrat. Nec satis est, habuisse *Doctores*, futuræ etiam ætati suas concinnas *Laureas*, dum velut impendij negligens ad celebriora athenæa *Tuos* destinans, ut tam formentur ad *Jura*, quàm firmentur in *Cura*. *Ductus & doctus* experimento proprio, quantum prosint *Asceterijs Musæ & Gratiæ*.

Unum adhuc *Austriæ Culmen & Columnen* : *Plutarchus* (e) innumeris prope à fortuna ditatus & dotatus favoribus, unicum agnovit dignum gratijs; fratrem habuisse *Timonem*. Quam ego *Fato* ex vo-

ro

(e) *Æmyl, Prob, in ejus Vita.*

DEDICATIO.

to debeo, illa est: Germanum meum vivere sub gratioso *Tuo* imperio & exempto Cænobio, senis jam & ultra sæculis suo in flore redivivo. Augebis utriusque sortem, si utrumque foveris, utisque faveris. Nil jam superest, quàm ut Gentilitius *Tuus* Monoceros Cornucopiam, seu poculum è cornu præbeat, è quo, dum liquorem ebibis, imbibas felicitatem. Primum profectò Abbatum, Gentilitium Tuum Insigne, Vitâ & Famâ immortalem *Te* fecit. Sic Ælianus cum Philostrato (f) nullo quemquam morbo affici, nullo vulnere perimi, nullo igne consumi, nullo veneno lædî, cui indulgent Superi potare è patera Monocerotis, sicque (g)

Seras Tibi ponet Vineæ frondes.

Ut vovet & avet

Reverendis. Prænobilis,
& Amplissimæ Dominationis

Servus humillimus

JOANNES BAPTISTA MAYR.

(f) Conrad, Gesner Verbo *Monoceros* (g) Virgil. l. 2. Georg.